



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput X. De potestate Capitulorum Sede vacante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

duo
Epi-
erru-
lum,
n il-
ut
vel
et ip-
ac
quit.
ant,
ac
am

seu Superioribus, quocunque nomine ac ti Sæcul. XVI.
tulo præfetti, etiamsi sanctæ Romanae Ec- A.C. 1547.
clesiae Cardinales sint, si munus consecratio-
nis intra tres menses non suscepint, ad
fructuum perceptorum restitutionem tenean-
tur: si intra totidem menses postea id facere
neglexerint, Ecclesiis ipso jure sint privati:
consecratio vero, si extra curiam Romanam
fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint,
aut in provincia, si commode fieri poterit,
celebretur.

Hoc Capitulum est consonum octa-
vo Constitutionis Blesensis articulo.

CAPUT X.

De potestate Capitulorum Sede vacante.

Non liceat Capitulis Ecclesiasticis, Sede
vacante infra annum a die vacationis,
ordinandi licentiam, aut literas dimissorias,
seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex
juris communis dispositione, quam etiam
cujusvis privilegii, aut consuetudinis vigore,
alicui, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, si-
ve recipiendi occasione arctatus non fuerit,
concedere; si secus fiat, capitulum contrave-
niens Ecclesiastico subjaceat interditio, si in
minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo
privilegio clericali, praesertim in criminali-
bus, gaudeant: in majoribus vero, ab exe-
cutione

Sæcul. XVI. cutione ordinum, ad beneplacitum futuri
A.C. 1547. Prælati, sint ipso jure suspensi.

Attenta veteri consuetudine Metropolitanus vacante Sede Episcopali totius Diœcesis administrationem absque ulla controversia habebat, eandemque vel ad se transferebat, vel illius curam cuidam suæ Provinciæ Episcopo tanquam Visitatori demandabat; Clero autem duntaxat, ne Ecclesiæ bona diffarentur, inspectio relinquebatur. Hæc consuetudo in Galliis adhuc exeunte nono saeculo vigebat, ac primum quadrangensis abhinc annis in Dioecesis Capitula Sede vacante jurisdictionem exercent.

CAPUT XI.

De Facultatibus ad Ordinum suffectionem.

Facultas de promovendo a quocunque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam a propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine.

CAPUT